missarum supplici obsequio ducunt. et premissis sortibus
quibus id explorarent per has hinc quasi divinum. denuo au
gurantur. et si in duabus his rebus par omen apparet. fac
tis completur. sin autem a tristibus populis hoc prorsus omittitur. Z 1>
Testatur idem antiquitas. errore delusa varia. siquan
do his seva longe rebellionis asperitas immineat
ut e mari predicto aper magnus et candido dente e spu
mis lucescente exeat. seque in volutabro delecta
tum. terribili quassatione multis ostendat. Quot
regiones sunt in his partibus. tot templa habentur. et simu
lacra demonum singula ab infidelibus coluntur. inter
quae civitas supramemorata principalem tenet
monarchiam. Hanc ad bellum properantes salutant.
illam prospere redeuntes muneribus debitis honorant.
et quae placabilis hostia diis offerri a ministris
debeat per sortes ac per equum sicut prefatus sum diligenter
inquirunt. Hominum ac sanguine pecudum ineffa
bilis horum furor mitigatur. His autem omnibus qui communiter
[illegible] Liutici vocantur. dominus specialiter non presidet ullus.
Unanimi consilio ad placitum suimet necessaria dis
cucientes in rebus efficiendis omnes concordant. Siqui suorum

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id430068271/43